



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 31. Ecclesia Germanica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV.
A. C. 1346.

conqueritur, quod Judices profani Clericos quotidie mittant in carceres, ac tormentis subjiciant, quin etiam mactent. At non dicuntur infontes: tantum movetur querela, quod hæc fiant contra jurisdictionem ecclesiasticam.

c. 3.4.

Concilium pergit: Proscriptus, qui post anni spatium intra tres menses se non curat absolviri, tractetur ut suspectus de hæresi. Possunt autem proprii locorum Episcopi corruptos hæresi, aut de hac suspectos capere: & poscentibus illis tenentur eos comprehendere Judices profani, alioquin ipsi anathemate devinciendi. Reliqua præcipue contingunt profana Ecclesiæ bona: & postremo noxarum venia conceditur iis, qui salutationem angelicam dicerent hora receptus, seu vespere.

c. 13.
Sup. l. 93.
§. 32.

§. XXXI.

Ecclesia Germanica.

Bertholdus Argentinensis Episcopus sub finem anni prioris ad Papam miserat sui fori sacri Judicem; per quem se illi plane submittens agnoscebat errorem commissum, cum a Ludovico Bavarо Ecclesiæ suæ bona profana quanquam invitus acciperet, ac ob ista clientelam apud eum profiteretur. Spondebat etiam fore,

fore, ut obedientiam negaret Bavarо, Sæcul. XIV.
 nec ullum cum eo commercium haberet, A.C. 1346.
 donec ei reconciliaretur Romana Eccle-
 sia. Rei suo nomine gerendæ potesta-
 tem præscriperat 5 Nov. 1345. Papa
 submissionis rationem dicens Episco-
 pum censuris omnibus, quibus teneretur,
 exsolvit ea lege, ut in poenam duo facel-
 la conderet ac dotaret. Diploma dabat
 22 Martii anno 1346.

At Henricus Busmannus Mogunti-
 nus Archiepiscopus etsi per Papam Joan-
 nem XXII hanc ad sedem altam evectus, Rayn. 1343.
 semper adhærebat Ludovico Bavarо, ut ^{n. 64. 65. &c.} Id. 1346.
 Collegio suo promiserat: neque commo- Trith. Chr.
 tus est severitate Benedicti XII, & Cle- Hirs. 1346.
 mentis VI: qui anno 1343 fusis litteris
 citatum & post plures dilationes contu-
 maciæ damnatum ex formula, tandem
 dignitate omni exuit per sententiam 7
 Aprilis hoc anno 1346 latam. Suffecit
 illi Gerlacum Comitis Nassovii filium,
 qui anno 1330 a Collegio electus de hac
 fede cum Henrico disceptaverat. Age-
 bat Decanum Ecclesiæ metropolitanæ:
 Papæque videbatur per opes ac vires suas
 Henrici partes everfurus.

Is vero contemnens Papæ senten-
 tiam semper pro Archiepiscopo se gere-
 bat. Unde natum in Moguntina dioce-
 sei schisma durabat annis octo, quibus
 ille superstes erat. Quin etiam Adjuto-

O o 3 rem

Sacul. XIV.

A.C. 1346

rem fibi adscivit Cononem Falkenbur-
gium Canonicum Moguntinum, virum
doctum ac prudentem: cuius dexteritas
& agnati potentes illum strenue defende-
bant a Gerlaco. Uterque contendentium
omnem authoritatem sacram & profa-
nam exercebat in locis, quae tenebat:
alter alterum proscribebat: erat bellum
apertum: direptiones, ac incendia va-
stabant dioecesim totam: damna per o-
cto istos annos facta unius seculi spatio
refarcire haud potuit Moguntina Ec-
clesia.

§. XXXII.

*Sententia ultima contra Ludovicum
Bavarum.***Sup. §. 17.****Rayn. n. 8.**

Interim Papa Clemens actiones judicij
contra Ludovicum Bavaram tam pri-
dem inceptas finiit per litteras suas, die
Coenæ Domini 13 Aprilis 1346 editas.
Repetit rem a monitione huic Principi
tres abhinc annos data: arguit eum de
violata saepius promissi fide: confirmat
Joannis XXII sententias in eum latas:
prohibet, ne quis hominum ei obediat;
pactiones cum eo factas servet; eum re-
cipiat; ullius rei communionem cum eo
habeat: denique omni eum execratione
devincit. Postea Electores Imperii jubet
sine